

CAPVT VII.

DE FACVLTATE EX TEMPORE DICENDI.

I. Haec facultas commendatur. II. Quomodo paretur. Huc facere A) artem, B) studium; ex quo utroque existere usum irrationalem (ἄλογον τριβήν): C) etiam imagines rerum animo concipiendas et nonnulla alia. III. Quomodo conservetur. — Pauca alia adduntur.

I. Maximus vero studiorum fructus est et velut praemium ¹ quoddam amplius longi laboris, *ex tempore dicendi fa-*

§. I. Inscriptionem Tur. hanc praebet: *Quemadmodum ex-temporal. facilitas pateretur; Guelf. Goth q. e. facultas paretur et continuatur; atque ita reliqui omnes editt. ante Gesn. exc. Obr. Vterque enim orationem continuam inscriptionibus singulorum capitum interrumpere noluit: eos hac ex parte ductores secutus est cl. Spalding. — praemium quoddam amplius. Non sollicitor eo quod in Tur. Flor. Guelf. pro praemium datur: primus, non magis quam illo quidam vel quid, quod in iisdem aliisque exhibetur pro: quoddam: sed gravius quid committere putabam, si amplissimum cum Spalding. et priorr. multis reddidissem. Potius habui accedere ad exempla vetust. editt. ante Stoer. et insistere vestigiis Codd. praesertim quum Quinctiliano illa Comparativi forma haud inusitata sit, et nescio an magis notioni singulari pronominis adiecti quoddam sua natura conveniens. Ita ex. c. Institutt. VIII, 3, 83. amplior virtus; XII, 10, 5. amplius atque augustius. — vix. Camp. exserit: nec, cum Ald. — bona fide. Hanc lectionem post Tur. Flor. (a pr. m.) Camp. denuo amplexus est Frotsch. Recte eum fecisse putamus, quamquam nos alia quaedam ratio impulit, quam quae exponitur a Ramshorn. p. 252. edit. prior. Scilicet bona fides ex iis virtutibus est, quas si originem vel fontem respexeris, non tam ab ipso homine profectas esse reperies, sed neutrius generis, ut ita dicam; non magis naturae illae debentur quam institutioni ac disciplinae. Itaque non dubito hanc veluti legem promulgare, cui num ubique locorum ab antiquis obtemperatum sit, explorent sagaciores: Genitivum casum maxime pertinere ad eas artes vel bonas vel malas, ex quibus libera hominum voluntas sit conspicua et manifesta, sic ut in aliqua elaborasse homines dici possint; contra ubi nulla eiusmodi apparet virium intentio ac studium, nulla talis rei patrandae vel efficiendae ac personae enitentis atque elaborantis consortio: ibi contenti simus Ablativum adhibuisse, cuius conditio fere eiusmodi est, quae*

cultas: quam qui non erit consecutus, mea quidem sententia civilibus officiis renunciabit et solam scribendi facultatem potius ad alia opera convertet. Vix enim bona fide viro convenit auxilium in publicum polliceri, quod in praesentissimis quibusque periculis desit: ut intra portum

particulas aequet *cum* vel *in*. Huius generis exemplum prostat Sallust. Catil. 11, 8. *illi corruptis moribus*; et si quem non taceat in hisce argutiis, quo nomine a nonnullis compellantur, versari, eum Ramshorn. cl. in exemplis allatis consuluisse non pigebit. Ceterum quod ad h. l. cl. Gernhard. monuit, *bona fide* si quis admittat, *ambigue* dictum esse, id me non assequi aperte profiteor, praesertim quum verbum quod sequitur *polliceri* tale quid ferre vir ille doctiss. neget. At ego contra statuerim illud ipsum verbum vel maxime antiquam scripturam vel requirere vel confirmare. Nam utram potissimum eligam, quum duplex pateat via, num *bona fide* ad *virum* an ad *polliceri* referam, etiamnum ambigo. Vtraque certe ratio scriptore nostro haud indigna. — *quod in*. Praepositionem omittunt Guelf. Camp. (Ambr. 2.) cum Goth. et editt. ante Basil. — *intra portum*. Vix operae pretium est repetere vulgatam lectionem, quae ut quam fieri possit celerrime eiiciatur, primus exstitit auctor et suasor Spalding. Ita vulgo habebat: *ut monstrare portum, ad quem navis accedere nisi len. ventis acta non possit*. Sed testimonia optimorum Codd. ac reliquam quam a librariis subierit locus sortem accuratius perscrutanti sollicita quodammodo mens haesit, num intra iustos constiterit fines crisis Spaldingiana: quae si a culpa non prorsus vacua reperitur, facilem nobis quoque tanti viri auctoritas similis vitii commissi excusationem parabit. Cfr. Adnotatt. ad vers. p. 193. Nimirum Codd. Tur. Flor. Guelf. (acc. nunc Paris 1. 2. 6. Ambr. 2.) cum Camp. et pluribus Codd. inferiorum gentium, et editt. ante Ald. acc. Basil. constanter persistunt in scriptura: *intrare*. Eam Aldus de coniectura Regii mutavit in: *monstrare*: unde Badius, ut propius accederet ad pristinam lectionem, finxit: *indicare*. Illud *ut*, quod paene necessitate impositum videbatur, debetur Gryphio. Iam pro *portum ad quem navis accedere* etc. in Tur. Flor. est a prima manu: *portum at al. intra possum navis*. Opem deinde tulit, certe voluit, scripturarum vel compendiis vel mendis manus corrigentis, atque adscripsit in Tur. nihil nisi: *intra portum navis*, in Flor. *intrare portum ad quem navis accedere*. Iam videbunt tirones, unde vulgata lectio emanaverit; sed reputent etiam doctiores mecum, num rectius quid eruerim ex indicibus antiquorum testium loco ita constituto: *ut intra portum navis accedere — non possit*. Liceat paucis rationem reddere facti. Primum qua indiguerit interpretatione verbum *intrare*, ita ut librariorum aliquis addiderit *accedere*, prorsus non intelligo: proprium enim hac de re dicas verbum *intrare*, quo nullum aliud poterat esse clarius. Cfr. Cornel. Chabr. 4, 2. Deinde verba illa: *ad quem* non dubito quin a margine antiquissimi cuiusdam libri irrepserint in contextam orationem ex adscriptis: *at* quod ipsum exortum iudico a nota: *al i. e. alii* vel *alia* vel *aliae* sc. lectiones: quod quidem compendium Codici

navis ac
quidem

Turic. u
naturam
quendi e
rent, sed
ingenio s
quod ver
lisse libra
recesseri
ctum reli
intra: qu
ita intra
optimoru
lia. Ita
Cornel

nosse re
rat: acc
tum esse
est tum
ginem h
tionis v
tuisse h

§.

dem co
pla. C
20. Dr
et incit
longe si
tari: cu
genium.

Alm. 1
membra
voces st
que refe
bula re
velitros

profertu
In mure
iventut
cant om
luti: Hu
hortanti

Ernesti
etavit Q
sec. m.
innumer
sordida
formis v
tibus; id

Enclitica
tum opt
2. 6. A

navis accedere nisi lenibus ventis vecta non possit. Si-
quidem innumerabiles accidunt subitae necessitates vel

Turic. usitatissimum. Compertum vero habemus, librariorum naturam ita fuisse ad peccandum proclivem, ut semel delinquendi copia facta, praesens peccatum iterare non satis haberent, sed duplicare contenderent. Quare sive vocem *quem* ex ingenio scribae profectam putes, sive ex commutatis *at et atque*, quod veri similis crediderim, certe id non erit iniuriam intulisse librariis, si huiusmodi rationibus commoti a vulgata lectione recesserimus. Neque tamen *intrare* rebus ita constitutis intactum relinquere licebit; cedat loco saltem ex parte, et maneat *intra*: quod uti levi errore in *verbum* cognatum conversi potuit, ita *intra portum accedere* consuetudini dicendi non repugnare optimorum scriptorum exempla docent, nostro loco non dissimilia. Ita Caes. B. G. VII, 8. legitur: *intrare intra praesidia*; Cornel. Ages. 5, 3. *intra moenia compellere*; Cic. de Orat. II, 34. nosse regiones, *intra quas venire* debeas. Pari iure dici poterat: *accedere intra portum*, quum facilis quidem navibus ad portum esse solet accessus, quem intra intrare tum periculosum est tum nautis gratius et acceptius. Adde quae sit rei per imaginem hic descriptae ratio ac vide, quod sit *tertium* comparationis vulgò appellatum: quo facto nihil convenientius dici potuisse haud aegre tibi met ipse persuadebis.

§ 2. *accidunt*. In Tur. Flor. Camp. datur *accidunt*. Eiusdem confusionis centum amplius in aliis libris suppetunt exempla. Cfr. Corte ad Sall. Iug. 107, 6 Interpret. ad Suet. Caes. 20. Drakenb. ad Liv. 21, 10, 12. Idem accidit verbis *incedere* et *incidere*. Ceterum cl. Goerenz. ad Fin. I, 12, 41. monet longe frequentius *accidere* in *accedere*, quam hoc in illud mutari: cuius rationis quo deliteat causa, suum cuique prodet ingenium. — *apud magistratus, vel*. Omittunt haec Tur. Flor. c. Alm. Totas interdum voces vel etiam singula enunciationum membra certe articulos excidisse hic et alias constat, *quando voces statim semet ipsas excipientes pariter terminabantur eundemque referebant in cadendo sonum*. Sunt interdum eadem vocabula repetita. Quam quidem figuram rhetores appellabant *ὁμοιοτέλειον*. Cfr. Aquila Roman. p. 169. edit. Ruhnk. a quo hocce profertur exemplum, quod tironum gratia transscribere liceat: *In muros statim curritur, exercitus a sociis arcessitur, delectus iuventuti denunciatur*. Huic *οχηματι* adfines est aliud, quod vocant *ὁμοιοπρωτον*, cuius vis sita est in similitudine casuum; veluti: Huic igitur socios vestros *crimianti*, et ad bellum vos *cohortanti* et omnibus modis, ut in tumultu essetis, *molienti*. Cfr. Ernesti Lexic. technol. rhetor. p. 41. Eandem materiam tractavit Quinctil. IX, 3, 77. sq. — *iudiciis*. In Flor. *iudicis* et a sec. m. *iudicibus*: quae casuum terminationes, *is* vel *iis* et *ibus* innumeris locis inter se confusae sunt; quid? quod eo usque socordiae ac stuporis librariorum nonnulli processerunt, ut a formis vocabulorum monstrosus non abhorrerent, qualis est *ventibus*; id quod paullo supra in Turic. reperitur. — *statimque*. Encliticam quam inde a Stoer. repudiant edit. restitui iubent tum optimi Codd. in quibus nunc quoque esse vides Paris. 1. 2. 6. Ambr. 2., tum Praedicatorum, quae dicuntur, ratio atque

apud magistratus vel repraesentatis iudiciis continuo agendi. Quarum si qua non dico cuicumque innocentium civium, sed amicorum ac propinquorum alicui evenerit, stabitne mutus et salutarem petentibus vocem statimque, si non succurratur, perituris, moras et secessum et silentium quaeret, dum illa verba fabricentur et memoriae insidant et vox ac latus praeparetur? Quae vero patitur hoc

conditio: scilicet duo inter se discernuntur et *petentes* et *perituri*, quamquam una cogitatione comprehensi. Quodsi copulam encliticam respicis, verba illa: *statim* — *perituris*, nihil aliud enunciant nisi iudicium auctoris ideoque sunt ex genere *Epexe-gesis*.

§. 3. *ratio*. al. *oratio*. Iens. Tarv. praecedentt. Tur. Flor. Guelf. Nihil comperimus de Parisinis. Sed non opus est alienis praesidiis: ipsa se ratio fortiter defendit. — *ut quisquam possit orator aliquando omittere causas etc.* Ne cui virorum DD. immoderatus vel iactantius egisse videar, lectione ita vel emendata vel immutata, hanc caussae defensionem aequis iudicibus proponam. Vulgata erat: *ut quisquam sit orator imparatus ad casus*: fons unde ea effluerat, erat edit. Campan. quamquam haud dubie, ipso Spaldingio asserente, a manu corrigentis. Longe alia exhibent Tur. Flor. Guelf. et praeter Paris. 5. 6. Ambr. 2. Goth. Voss. tres c. Alm. Bern. qui omnes *aliquando mittere casus*. Prope accedunt Iens. Tarv. in quibus: *aliquando mitteretur*. Tot et tam graves testes aspernari religio fuit cl. Spaldingio; itaque suspicabatur: *ut quisquam nesciat orator aliqua committere casu*. Burmannus tentaverat: *qui aliquando nutiret ad casus*; ingeniosum certe et ad sensum scriptoris. Frot-schero placuit textui inserere haec: *ut quisquam possit orator aliquando mittere casus*: quae verba, quantumvis prope accedant ad codicum scripturam, idoneo sensu destituta esse Zumpt. ad h. l. contendit. At idem ille vir doctissimus non tam emendationis quam coniecturae loco, uti ipse fatetur, haec proponit: *ut quisquam sciat orator, qui aliquando incidere possint casus*. Verum quid illud sit: *ratio non patitur*, ut quisquam *sciat* orator — difficilius esse putarim exploratu. Atqui rationem *patri* quis est qui neget? Verum non *valere* contenderim. Deinde tale additamentum a scriptoris sententia alienum est: etenim utrum *sciat casus orator nec ne*, id levioris est momenti neque ad propositum pertinet; modo ne perturbetur et caussam susceptam prorsus abiiciat, ubi subitus aliquis casus praeter opinionem incidit. Itaque non haesitavimus ex indicio Codd. assumere *omittere*, et pro *casus* adsciscere *caussas*: in qua permutatione admittenda et aliorum librorum exemplis, cfr. Drakenb. ad Liv. 37, 17, 7. et Codd. Turic. Ambr. 2. aliorumque adiuvamur. Cfr. Spalding. ad V, 11, 13. ubi pro: *Dissimile plures causas habet*, in multis MSS. et edit. datur: *casus*. Accedit quod alio loco eandem paene sententiam Quinctil. effert XII, 7. 6. his verbis: Neque vero pudor obstat, quominus susceptam quum melior videretur *litem*, cognita inter dicendum iniquitate, *dimittat*, quum prius litigatori dixerit verum. Scilicet antea legem

ratio, ut quisquam possit orator aliquando omittere causas? (imparatus ad casus?) Quid quum adversario respondendum erit, fiet? Nam saepe ea quae opinati sumus et contra quae scripsimus, fallunt ac tota subito causa mutatur; atque ut gubernatori ad incursus tempestatum, sic agenti ad varietatem causarum ratio mutanda est. Quid 4 porro multus stilus et assidua lectio et longa studiorum aetas facit, si manet eadem quae fuit incipientibus difficultas? Periisse profecto confitendum est praeteritum laborem, cui semper idem laborandum est. Neque ego hoc ago, ut ex tempore dicere malit, sed ut possit.

quasi oratori praescripserat hanc, ut *ne portum eloquentiae suae salutarem etiam piratis patefaciat*, omnesque nullo proborum et improborum discrimine facto defendat. Vnde patet Quinctilianum persona oratoris haud indignum habuisse interdum *causam susceptam dimittere*; verum id fieri voluit alia conditione quam quae est *ex casibus inopinatis*. Quae quum ita sint, quid contra est, quominus locum ita refingamus: *ut quisquam possit orator aliquando omittere causas imparatus ad casus?* Quodsi firmiore aliquo suffulciri posset fundamento, insertum pronomen *qui*, Cod. Paris. I. hoc coniciendi haud spernendam daret occasionem: *ut quisq. sit orator, qui aliquando omittet causas etc.* scil. nihil frequentius quam confusio formarum verbi Passivi et Activi. Cfr. infra §. 6. ubi pro *dicet* in plurr. *dicetur*. Nam id mihi persuadere non potuit cl. Spalding. *imparatus ad casus* in Campan. ex supervacaneo additum legi, tum si specto verborum sententiam, et verissimam et orationi subsequenti vel maxime contentaneam, tum quod Campanum huiusmodi licentiae salva religione vix accusari posse censeo. Puto ipsam *παρονομασίαν* quam agnoscere licet in *causas* et *casus* unum alterumve praetermittendi copiam fecisse. — *ut gubernatori*. Deest *ut* in Tur. Flor. Saepe huius particulae omissae rei faciendi sunt librarii tum in *comparationibus* tum in *exemplis* adducendis. Vide supra §. 1. *Caussam* tamen haud improbabilem plerumque quaeras in vocum praecedentium syllabis extremis: *it, at, et, nt*, similibus. Cfr. Drakenb. ad Liv. 24, 16, 17. et Goerenz ad Fin. III, 9, 31. p. 350. Idem accidit infra §. 8. 10.

§. 4. *studiorum*. Tironum causa monemus, in nonnull. Codd. Guelf. Paris. 2. 6. Voss. 1. 2. 3. Goth. legi: *studio*: sed talem praetermissionem extremae syllabae maxime in casibus nominum passim a librariis admissam esse adnotavit ad h. I. Spalding. Ita X, 1, 44. pro *ipsorum* in nonn. Codd. datur: *ipso*. XI, 3, 50. pro *iudiciorum* eadem forma quae supra. Quid inde passim erroris continuati, diligentiores non fugit. — *idem*. Abest a Turic. et Voss. 3. sed cur id vitiose factum habeas, rationem sufficit deprehendisse in notione Adverbii *semper*, (cfr. adnotatt. ad Sall. Cat. 43. 3.) siquidem ea est, quae tale adiectum patitur. — *consequemur*. Sic Tur. Flor. Paris. 2. In Camp. et Paris. 1. 6. est: *consequimur*.

II. Id autem maxime hoc modo *consequemur*.

5 A) Nota sit primum dicendi via. Neque enim prius contingere cursus potest quam scierimus, quo sit et qua perveniendum. Nec satis est non ignorare, quae sunt causarum iudicialium partes, aut quaestionum ordinem recte disponere: quamquam ista sint praecipua: sed quid quoque loco primum sit ac secundum et deinceps: quae ita sunt natura copulata, ut mutari aut intervelli sine cen-

6 fusione non possint. Quisquis autem via dicet, ducetur

§. 5. *dicendi* In Tur. et Flor. nihil nisi varietas lectionis notis illis compendiis significatur: *at aliquendi*. acc. Alm. Quod quum in textum irrepsisset, suppressa altera illa scriptura, a sec. man. correctionis loco appositum est: in Tur. *alloquendi*, in Flor. *dicendi*. Campan. dat: *eloquendi*. Verum omnino dubito, num recte, certe proprie dicatur: *via eloquendi*: huius enim potius vocanda est *ratio*. *Viam esse ordinem et maxime disponenti artem* spectare et subsequencia et exempla docent. Ita IV, §. 3. haec disserit Quinctil. „Quae tam manifesta et lucida est ratio, quam rectae partitionis? sequitur enim naturam ducem, adeo ut memoriae id maximum sit auxilium, *via dicendi* non decedere.“ — *quae sunt — partes*. Gensler. maluit: sint: cui cur non obtemperandum sit, diversa huius enunciationis ratio et paullo infra sequentis declarat: *quid — primum sit. — quamquam sint*. Ita Spald. et qui eum secuti sunt ex Tur. Flor. Reliqui: sunt. Sed ne Ciceronem quidem hanc structuram repudiasset, quod a nonnullis olim efferebatur, hodie res omnibus fere notissima est: factum id est ab optimis scriptoribus tum in verbis ac sententiis alterius cuiusdam laudandis, de quo vid. Goerenz ad Fin. II, 22, 72. p. 230. coll. Legg. III, 8, 18. p. 238. tum quantum equidem viderim, sententiis vel iudiciis in univ. sum enunciatas, ita ut suppleri queat: quamquam *vulgatum, tritum est, constat* etc. Quae ratio ac conditio quam affinis sit priori illi, nemo non videt. Ac fortasse liquet, cur non prorsus respuendus sit Coniunctiv. modus in loco Sallust. Cat. 3. ubi post *tamen etsi* necessario Indicativum requiri pro certo nuper posuit Kritz: cuius quidem sententiae etiam id opponere liceat, quod paullo infra legitur nullo codicum dissensu turbatum §. 17. *quamquam plurimum in se habeat voluptatis, maxime tamen* etc. — *ac secundum*. Ita ex vestigiis non plane absconditis Codd. Tur. et Flor. locum refinxit cl. Spald. prorsus nunc adsentiente Ambr. 2. *Vulgat. erat: quid sec.* In Camp. datur: *quidque sec. — et deinceps*. Sic Spald. ex Tur. et Flor. Reliq. ac.

§. 6. *Quisquis — via dicet*. Sic ex Flor. Spalding. Aliis aliter locum constituere placuit. Camp. dat: *viamque discet*. Idem paene Goth. Voss. 2. et pauci editt. exhibent: Ienson. cum editt. posterr. aute Ald. dat: *via ducetur*. Reliqui excusi, in quibus Obr. Gesn. inserunt: *viam qua ingrediendum sit discet*; sed haec unde hauserit Regius, qui primus in contexta induxit, explorari non posse dolet Spalding. At ne *discet* quidem ferendum esse censuerim: certe dici debebat: *didicerit*. — *huc illuc*. In Flor. a

INS
ante omni
homines
narrationi
rant, scit
aliunde s
orationem
tes. Pos
divisione
quae prop
B)
ut copiar
est, com
tio, ut s
reddant:
camus.
sec. m. li
unquam.
ad Liv. 3
§. 7.
Tur. mo
oratione
expletis;
euclitica
monstrari
Guelf. da
tur hoc 2
ita in vul
mo offen
quam in
tis vel at
etiam mu
que. Ind
Spaldingi
pere dubi
ticulae n
enim men
conditione
a nostro
tur idem
a Flor.
rim, quae
§. 8.
ceat lecto
Germ. p.
partibus
In diversa
tis. Vulg

ante omnia rerum ipsa serie, velut duce: propter quod homines etiam modice exercitati facillime tenorem in narrationibus servant. Deinde quid quoque loco quaerant, scient, nec circumspectabunt nec offerentibus se aliunde sensibus turbabuntur nec confundent ex diversis orationem, velut salientes huc illuc nec usquam insistentes. Postremo habebunt modum et finem, qui esse citra 7 divisionem nullus potest. Expletis pro facultate omnibus quae proposuerint, pervenisse se ad ultimum sentient.

B) Et haec quidem *ex arte*, illa vero *ex studio*: ut copiam sermonis optimi, quemadmodum praeceptum est, comparemus; multo ac fideli stilo sic formetur oratio, ut scriptorum colorem etiam quae subito effusa sunt reddant: ut quum multa scripserimus, etiam multa dicamus. Nam *consuetudo et exercitatio* facilitatem ma- 8

sec. m. *hinc illuc*; a pr. man. in utroque: *illud. — usquam*. Camp. *unquam*. Persaepe inter se commutata vocabula. Cfr. Drakenb. ad Liv. 39, 31, 5.

§. 7. *proposuerint*. Flor. a sec. m. *proposuerunt*: idem ac Tur. mox pro *sentient*, exhibet: *sentiant*. Ceterum languere orationem indicabat Spalding. ad h. l. ex *copulae* defectu ante *expletis*; itaque Wolffio praemittenda videbatur *et*, Frotschero enclitica *que* adiungenda. Neutro remedio locum indigere demonstrare conati sumus ad vers. Germ. p. 195. — *effusa sunt*. Guelf. dat: *sint*; idem Paris. 1. 6. Ambr. 2. Praestare videtur hoc Zumptio: sed uti tanto viro temere obloqui nefas puto, ita in vulgata scriptura facile acquiesco, vel propterea quod nemo offenderet in participio *effusa* simpliciter posito, non magis quam in praesenti *effunduntur*. Deinde verba non sunt *ponentis* vel animo *figentis*, sed *rei naturam qualis est describentis*. — *etiam multa*. In Tur. est: *etiamque multa*, a sec. m. *quam* pro *que*. Inde Lenson. et posterr. ante Ald. *etiam qui*. Et ipsi cl. Spaldingio illud *quam* non displicuit; attamen in textum recipere dubitavit, id quod factum est a Frotsch. Nobis alia particulae notio videtur, quam quae hic admitti possit: denotat enim *mensuram* aliquam *indefinitam, vagam*, pro arbitrio ac rerum conditione vel extendendam vel restringendam: ea vero ratio a nostro loco abhorret, cuius natura ea est, ut *par pari* referatur idemque utriusque rei modus statuatur. Abest etiam *quam* a Flor. Praeterea contenderim particulae *etiam* tantam inesse vim, quae illam alteram particulam *quam* non adeo desideret.

§. 8. *sed ipsum os quoque concurrat*. Ne longi simus, liceat lectores ablegare ad ea quae pluribus exposuimus ad vers. Germ. p. 196. sq. Locus mutilus est, neque adhuc omnibus ex partibus nedum particulis ad pristinam integritatem restitutus. In diversas abierunt partes VV. DD. et nostrae et prioris aetatis. Vulgata scriptura haec erat: *sed et vixit ipsam coit at-*

xime parit: quae si paululum intermissa fuerit, non velocitas illa modo tardatur, sed ipsum os quoque concurrat. Quamquam enim opus est naturali quadam mobilitate animi, ut dum proxima dicimus, struere ulteriora possimus semperque nostram vocem provisa et formata cogitatio excipiat: vix tamen aut natura aut ratio in tam multiplex officium diducere animum queat, ut inventioni, dispositioni, elocutioni, ordini rerum verborumque, tum iis quae dicit, quae subiuncturus est, quae ultra spectanda

que concurrat. Primus exstitit melioris lectionis restaurator Gesnerus quamquam timidior, siquidem in coniecturis haberi volebat haec, quae ad exemplar Spalding. exaravimus: *os quoque concurrat*. Et primum quidem vocis *ῥάσκημα* ne levissimum quidem in Membranis vestigium; originem et dignitatis locum quem diu obtinuit, *Badio* debet. Sed et quoque destitutum est auctoritate Codd. In Tur. et Flor. datur: *atque*; a sec. m. demum legitur: *coit atque concurrat*. Atque haec scriptura omnes deinceps Codices inde a Guelf. invasit. Quae quum ita essent, necessitatem fere omnibus interpretibus impositam non recusavimus, ac meliora quaedam quaesivimus, quae reperisse putavimus in his: *sed ipsum os torpet atque concurrat*. Scilicet nobis persuasum erat, verba illa graeca contextis interposita a margine irrepsisse, in quo librariorum aliquis vel grammaticorum interpretationis loco adnotaverat: *εἰς ῥάσκημα coit*. Vnum fortasse quaeritur, num illud additamentum potius ad verbum aliquid deperditum, quale est *torpet*, spectasse existimemus, an ad *concurrat*, quod integrum mansit? Alterutrum itaque fuerit necesse est, sive aliud quoddam verbum exciderit, sive *concurrere* explicatione indigere visum fuerit: *coit atque concurrat* a Fabio non scriptum esse, pro certo habeo; etenim non tantum iis inest redundantiae, quantum ieiuni ac frigidi. Contra illud quod proposuimus *torpet* aliquid commendationis habet ab similibus locis, veluti Cic, N. D. I, c. 37. in. At ipsi tamen pueri, etiam quum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur: deum sic feriatum volumus *cessatione torpere*, ut si se commoverit, vereamur ne beatus esse non possit. Cfr. Horat Epist. I, 6, 14. — *ulteriora struere*. Dedimus haec inverso ordine; nam vulgo ita se verba excipiebant: *struere ult*. Vt id nobis concederemus, persuaserunt Codd. Tur. et Flor. quamquam in priore vocabulo mutili: quo facto tantum abfuit ut orationis Fabianae rivulos turbasse videremur, ut et diversis propius collocatis et notione primaria priore loco posita sententiae aliquid ponderis addidisse arbitraremur. Ceterum quid sit *struere orationem*, Fabium ipsum audias doctorem; est: *proxima quaeque subnectere*, et meditando et eloquendo. Cfr. VII, 10, 7.

§. 9. *elocutioni*. Omittit Guelf. et quem cognovimus ei adfinem Ambr. 2. c. Voss. 1. 3. Cfr supra ad §. 2. Modo pro *Dativo*, qui est in reliquis, Tur. Flor. dant: *dispositio*. cfr. supra ad §. 4.

INST
sunt, adhib
una suffici
prae se res
tum ex uli
non minus
tersistentes
gultantium

§. 10.
— ut donec.
extr. — per
4. — non m
optimis illis
bata et tur
istos, quibu
tione praec
est, vel lon
men illa vi
rent, ut no
orationem
perveniamu
minus pros
non in Tur.
Nimirum
dem ultra
dicentem
fiat i. e. d
passu poti
representat
tam praep
et ad sing
prorsus fal
petere lice
cturi; ex
comprobav
eructaturi;
homine pe
eluctaturi,
Sed ego
quam eluc
clantia, qu
ding, ad
diversitaten
tinenda es
quod utina
tioni verbi
gnandam i
singultante
ut quod d
transferat
Cicerone i

sunt, adhibita vocis, pronunciationis, gestus observatione, una sufficiat. Longe enim praecedat oportet intentio ac 10 prae se res agat: quantumque dicendo consumitur, tantum ex ultimo prorogetur: ut donec perveniamus ad finem, non minus prospectu procedamus quam gradu, si non insistentes offensantesque brevia illa atque concisa singultantium modo eiecturi sumus.

§. 10. *oportet*. Abest a Guelf. c. Voss. 3. acc. Ambr. 2. — *ut donec*. Desunt in Tur. Flor. c. Alm. Cfr. supra ad §. 3. extr. — *perveniamus*. In Guelf. *perveniat*. Vide supra ad VI, 4. — *non minus* — *procedamus*. Haec omnia mirum quantum in optimis illis Codd. quos prae ceteris magni fecit cl. Spald. turbata et turpibus mendis referta reperiuntur. Habeas librariorum istos, quibus haec farrago debetur, quasi sua quemque festinatione praecipites actos, de quo supra a nobis commemoratum est, vel longo itinere defessos viribusque exhaustos. Neque tamen illa vestigia quamquam vepretis circumsepta ita nos terrent, ut non aliquid inde luminis effulgeat. Scilicet suspicamur orationem ita olim ab auctore structam fuisse: *prorogetur, donec perveniamus ad finem*; sed (scil. in Tur. Flor. datur: *id unus*) *minus prospectu procedamus quam gradu, si non* etc. Verba *si non* in Tur. prorsus desunt, in Flor. sunt, sed a recentiore manu. Nimirum sententiam scriptoris in eo versari puto, ut animo quidem ultra spectare suadeat, neque in proximo quoque haerere dicentem velit, ita tamen, ut orationis progressus magis ex re fiat i. e. dicendo, quam meditando et futura prospiciendo: pari passu potius utraque ars incedat, et ultima quaeque sequentia repraesentare videantur; sed cavendum, ingenii festinatio ne tam praepropera sit, ut verba vel desint vel oratio interscissa et ad singultantium modum interrupta audientes offendat. Nisi prorsus fallimur, nonnulla ab experientia huius rei testimonia petere licet. — *eiecturi*. In Tur. datur: *elucturi*; in Flor. *elucturi*; ex confusione quam non infrequentem esse exemplis comprobavit Drakenb. ad Liv. 28, 36, 7. Burmann. suasit: *eructaturi*; verbum fere de rebus turpibus ac foedis usitatum, homine perpolito et eleganti minus dignum: Spalding. maluit: *eluctaturi*, id quod probavit Frotzsch. et in textu illi substituit. Sed ego equidem ad illam sententiam accedere nefas puto, quum *eluctari verba* affectatae fere sit orationis; nam *verba eluctantia*, quae ex Tacit. Ann. IV, 31. exempli loco evocavit Spalding., ad nostram scripturam tuendam parum faciunt, propter *diversitatem subiectorum*, quae est in utroque loco. Itaque retinenda est lectio vulgata, quamquam magis arridet *eructuri*: quod utinam ne obsolevisset. Quod vero Spalding. censuit notioni verbi *eicere* properi quid subesse, ideoque ad rem designandam illud minus idoneum esse: id non multum curo, quum *singultantes* inter atque *vomentes* tantum similitudinis intercedat, ut quod de his proprie usurpatur verbum, haud inepte ad illos transferatur. Ita Quinct. XI, 3, 27. *eiecto modo vomitu*; et a Cicerone iunguntur Orat. in Pison. c. 6. *eructando eicere*.

non velo-
e concurret.
mobilitate
iora possi-
ata cogita-
tam multi-
tioni, dis-
e, tum iis
spectanda

restaurator
turis haberi
a: os quoque
ssimum qui-
locum quem
est auctori-
lemum legi-
es deinceps
, necessita-
sarimus, ac
imus in his:
suasum erat,
rrepsisse, in
tationis loco
ur, num illud
n, quale est
od integrum
aliud quod-
indigere vi-
m esse, pro-
iae, quantum
orpet aliquid
, N. D. I, c.
exercitatione
nus cessatione
se non possit.
Dedimus haec
nt: struere ult.
Tur. et Flor.
tantum absuit
ut et diversis
posita senten-
Ceterum quid
rem; est: pro-
do. Cfr. VII,
norimus ei ad-
2. Modo pro-
positio. cfr. 52.

11 ²⁹⁰ Est igitur usus quidam irrationalis, quem Graeci
ἄλογον τριβήν vocant, qua manus in scribendo de-
 currit, qua oculi totos simul in lectione versus flexusque
 eorum et transitus intuentur, et ante sequentia vident quam
 priora dixerunt. Quo constant miracula illa in scenis pi-
 lariorum ac ventilatorum, ut ea quae emiserint ultro ve-
 12 nire in manus credas et qua iubentur decurrere. Sed hic

§. 11. *usus quidam.* In Camp. *via quaedam*, scil. fluxit haec
 scriptura ex Tur. in quo: *vivi q. — irrationalis.* Hanc vocem
 ex prioribus nonn. editt. revocavit Spald. et saeculi et scriptoris
 sui ingenio et auctoritati consulens, quamquam Codd. fere omnes
 et editt. longe plurimi *irrationabilis* tuentur. Sed unus saltem
 alio quodam loco II, 16, 16. adest nostrae scripturae gravis-
 simus patronus ac testis Cod. Tur. cui confidere non erat teme-
 rarii vel imprudentis, sed circumspecti iudicii hominis et qui
 colorem Romanum posteriorum saeculorum sordibus commaculare
 nefas haberet. In quo id unum mirandum, quod etiam
 Obrechtum quum a malis moribus reliquorum in multis dissen-
 tiret, prava consuetudo corruptum retinuit: contra librarios al-
 tero illo vocabulo vehementer delectatos unumque ab altero
 illud mutuatum esse eo minus miror, quo magis medio aevo quod
 vocatur pro *rationalis* altera illa vox in ore atque oratione ho-
 minum vigeat. — *qua.* Ita Codd. optimi et editt. nonn. iisque
 obsecutus est Spald. Reliq. *quo.* Sic Obr. Gesn. — *flexusque.*
 Tur. Camp. *fluxus.* Similis librariorum lapsus in aliis quoque
 locis deprehenditur. Cfr. Burni ad Quinct. I, 8. p. 96. — *emi-*
serint. Guelf. et Ambr. 2. *miserint.* — *iubentur.* Tur. dat: *iuen-*
tur; unde per miram sed non infrequentem vitiorum consocia-
 tionem in Almel. *iuentus.* Scilicet innumeris locis literae *v* et
b inter se commutatae.

§. 12. *si ea de qua locuti sumus.* Haec qualia vulgo in li-
 bris exarata leguntur, a plerisque sana habentur, neque in aliis
 Codd. praeter Tur. et Flor. meliora quaedam video, quae pro-
 brem; neque deteriora sequi placet: atqui prava et corrupta cen-
 seo vulgata. Nam quid illud est quod exhibet Tur. *alia si eum*
tota loca locuti? Flor. paucis mutatis pro *eum* dat *ea*, et *locutis*;
 a s. m. *si ea tota de qua l.* Et simile quid sibi arrogavit Goth.
 His tam gravibus testimoniis ut aliquam certe fidem habea-
 mus non solum ratio quam adhuc secuti sumus postulat, sed
 sensus efflagitat, quem toti enunciationi subesse putamus. Con-
 sideranti enim qui sit *usus*, quae *ars*, primum in mentem incur-
 rit, quae sit notionum vaga ac paene infinita conditio: unde
 scriptorum diligentissimus quisque necessario cogitur certas ali-
 quas notas addere, quibus eiusmodi vocabula distinctius defini-
 antur. Factum id est a Quinctil. dum *usum* describit *irrationa-*
lem; atque ad hanc notam referas pronomen *hic*. Iam ad *artem*
 accuratius distinguendam addidisse ferunt: *ea de qua locuti su-*
mus. Quaeritur: *ubi* ista disputata leguntur? Ablegantur haec
 ita quaeritantes ad §. 5 — 7. ibi enim uberius exposita esse qui-
 bus *ars* illa contineatur. Verum id ita habere valde dubito:
 scilicet *via* est quae describitur, *ratio* ac *methodus*, ut hoc utar,

usus ita prod
 serit, ut ipsi
 ratione vers
 nisi qui disp
 nec fortuiti

quae ipsa in
 enim inter se
 bus demonstr
 studiosos, om
 dam ordine
 exstructis. V
 incertus et n
 nisi ex artis
 mitas; ergo
 veniens tribu
 bamus: hic
 mus, ars etc.
 toriam max
 tem aliqua s
 nem artis ve
 plena, utpot
 hoc modo e
 de qua omis
 licet aliqua
 Guelf. Ambr
 tum, quod i
 nec fort. M
 erat ista co
 se spectata,
 nisi fortuiti

§. 13.

reflexerat S
 dunt nunc I
 video, excep
 quem, et p
 Deum plena
 ferantur us
 Campan. Va
 quod. Nimi
 quam; atque
 verba: quem
 thesin addit
 tam habeas
 unquam. Ac
 ptorum ad
 ubi caussa
 parvi aestim
 nunc erudit
 tia el. Spald
 tur: cum eo
 quemadmod
 diversa com

usus ita proderit, si ea de qua locuti sumus ars anteces-
 serit, ut ipsum illud, quod in se rationem non habet, in
 ratione versetur. Nam mihi ne dicere quidem videtur
 nisi qui disposite, ornate, copiose dicit, sed tumultuari:
 nec fortuiti sermonis contextum mirabor unquam, quem 13

quae ipsa in arte sita est, a qua pendet, cui paret. Quantum
 enim inter se distet ars proprie dicta a ratione s. via id pluri-
 bus demonstrare supervacaneum foret: satis sit commonefacere
 studiosos, omnem artem positam esse in praeceptis naturali quodam
 ordine collocatis et in firmo ac stabili veluti fundamento
 exstructis. Vnde id consequens est, ut omnis usus fluxus sit et
 incertus et mobilis; ars firma, constans, temperata. Atqui non
 nisi ex artis conscientia enascitur oratori securitas illa ac firmi-
 mitas; ergo etiam hoc loco arti similis aliqua et naturae con-
 veniens tribuenda erit vis ac potestas. Itaque bono animo scri-
 bamus: hic usus ita proderit, si eum tuta aliqua, de qua locuti su-
 mus, ars etc. Artem vero intellige totam illam institutionem, ora-
 toriam maxime inveniendi, disponendi, eloquendi; pronomen au-
 tem aliqua scriptorem usurpasse cogita, ut restringeret notio-
 nem artis vel scientiae; ita ut sit: ex parte, etiamsi non tota ac
 plena, utpote quod est perfecti et consummati oratoris. Deinde
 hoc modo explicari posse videbatur, unde acciderit, quod verba
 de qua ommissa sunt in Tur. Flor. quemadmodum etiam suspicari
 licet aliqua latere in illis: tota loca. — tumultuari. Ita Tur.
 Guelf. Ambr. 2. In plerisque est: tumultuarii; unde illud ena-
 tum, quod in editt. paene omnibus legitur: Sed nec tumultuarii
 nec fort. Meliora primus restituit Spalding., nam vere inepta
 erat ista copulatio tumultuarii ac fortuiti sermonis, non tam per
 se spectata, quam si de contextu cogitas, qui si quid video, non
 nisi fortuiti sermonis esse potest.

§. 13. video: cum eo quod. Ita ex Tur. Flor. Guelf. locum
 reflexerat Spald. praeceunt. Iens. Tarv. et editt. ante Bad. Acce-
 dunt nunc Paris. 1. 5. 6. et Ambr. 2. nisi quod in Codd. deest
 video, except. Voss. 2. Goth. Vulgo datur post video nihil nisi:
 quem, et post frequenter insertum habent enim, ita ut ante
 Deum plena interpunctione sublata, uno tenore haec omnia ef-
 ferantur usque ad dictitabant. At ego malui exempla sequi
 Campan. Vall. Andr. Bodl. Obrecht; in quibus tantum est: video
 quod. Nimirum quod explicatum puto ab aliquo, addito illo:
 quum; atque ut ita statuerem, prae ceteris monuit illud, quod
 verba: quem iurgantibus — video nihil enunciant nisi per paren-
 thesin additam quasi notam, ita ut coniunctione quod significa-
 tam habeas causam sententiae modo prolatae: nec — mirabor
 unquam. Ac nescio ubi aptius et magis ex sensu antiquorum scri-
 ptorum adhiberi potuerit quod illud causale, quam hoc loco,
 ubi causa indicabatur in facto posita. Accedit alia ratio, non
 parvi aestimanda, a nobis nuper neglecta, (cfr. ad vers. p. 198.)
 nunc eruditorum iudicio subiicienda. Laudaverat exempli gra-
 tia cl. Spald. similem structuram ex Institt. II, 4, 30. ubi legun-
 tur: cum eo quidem, quod vix ullus est tam communis locus. Sed
 quemadmodum in multis aliis locis ita et hic cavendum erat, ne
 diversa commiscerentur, quod etiam a nobis factum esse dole-

iurgantibus etiam mulierculis superfluere video, quod, si calor ac spiritus tulit, frequenter accidit, ut successum ex-
14 temporalem consequi cura non possit. Deum tunc affuisse,

mus, quamquam id non raro accidit, ut excellentis cuiusdam hominis auctoritas tantum nobis imponat, ut vel in errores, si qua sunt, facile nos abstrahi patiamur. Iam vero id observasse videmur, cum eo nonnisi tunc usurpatum esse bonis scriptoribus, ubi aliquid certi et indubitati adnumerabatur vel adiungebatur, ita ut enunciatio esset ex genere coordinato. Atqui in eiusmodi enunciationibus singularis quaedam valet conditio ea, quod particula cum semper cohaeret, arcto veluti ac paene necessario vinculo copulata, cum verbo membri superioris, quo scilicet continetur iudicium auctoris, vel cum universa aliqua notione pluribus verbis communi, veluti est, fit, accidit. Iam vero quum verbum quo referatur cum eo, nostro loco aliud esse nequeat nisi mirabor, sua quemque docebit mens, structuram illam, quam Spalding. denuo revocavit, ferri non posse, tum quia causa addenda erat cur non miraretur, tum, quia scriptori subtilius discernenti dicendum erat: non magis quam quod etc. scil. mirabor. At sunt fortasse quibus magis placet verba cum eo referre ad video, ita ut sententiam auctoris fuisse contendat: et in iurgantibus mulierculis et in aliis simile quid se animadvertisse: in quo, nisi fallor maxime offensionem est illa muliercularum et oratorum importuna societas. An fuit olim: adeo quod: facilis enim erat nec infrequens commutatio vocum adeo et ideo. Cfr. Drakenb. ad Liv. X, 5, 14. Ita enim causa aliqua probabilis patet, cur in multis Codd. optima stirpis omissum sit: video. Quod si ponimus, tunc orationem ita continuatam cogitabimus, ut verba inde a quod — accidit, membrum interpositum habeamus, et adeo — ut proxime se excipiant. An a prima manu simpliciter scriptum erat: eo quod? Sed haec omnia non tanquam legem promulgavi, sed ad quaestionem proposui.

§. 14. quam id evenisset. Locus haud dubie mutilus, ita ut nunc est, restitutus ex Almel. sed non ad integrum, quoniam quid reconditum lateat sub notis Codd. admodum obscuris, erui nequit. Coniecit Burmann, quum maxime, cuius glossa fuerit illud: quum id even. Ac facile pro interpretamento haec verba haberi potuere: nam in Codd. Tur. et Flor. nihil datur nisi: inter vel interim; atque hoc cum Frotsch. recipiendum puto, quum nihil obstet et verba ipsa statim sequentia: sed ratio manifesta est, optime sententiam adiuvent. Scilicet notare voluit Quinctil. quae antiquorum hac de re fuerit temporaria quasi opinio et quod rectum de eadem re iudicium. — ut Cicero (dicit) aiebant. Exarantur haec ad exemplum Cod. Florent. nisi quod in hoc est: agebant; de qua permutatione literarum cfr. Drakenb. ad Liv. 8, 33, 23. acc. Par. I. quamquam Spaldingio melius visum est edit. Campan. sequi, in qua lectio haec est: ait dictitabant. Guelf. et Ambr. 2. aperte ostendunt: dictitabant. Sed probabilius mihi saltem videtur, illud dictitabant conflatum habere ex duobus: dicit aiebant, quam quod secus nonnulli statuere, frequentativum verbum per discissionem in duo diffluxisse. Ceterum de loco, ubi Cicero disertis ac planis verbis sententiam illam pronunciaverit, frustra quaesitum est. Laudant quidem de Orat. I, 46. sed ibi universa eloquentia potius

INST.

(quum id even-
bant. Sed
ctus et recen-
quae nonnu-
revertuntur.
villatio acce-
potest ferri
cedat electio
C) Qu
imagines, q
nae, quuest
ctus recipie
vis mentis.
quo affectu

divinitus hor-
tem venit, qu
locus ita olim
fuisse interim
Persaepa en-
lia. Cfr. Ou
Pariter cum
Liv. 21, 40,
potior sit, ne
rationem qua
sit eam debu-
ferri. Codd.
quam varian-
fusionis exer-
54, 6.

§. 15.
— in affectu
In Tur. Flor.
Gernb. Nos
Praedicati n
sed quod ess
lam particula
suum merito
dicti satis ne
§. 16.
supra §. 14.
22, 17, 5. e
tantum confu-
Ita ex Camp
bert. et Pari
a pr. m. addi-
tum. Atque
stant boni Co

(quum id evenisset), veteres oratores, ut Cicero dicit, aiebant. Sed ratio manifesta est. Nam bene concepti affectus et recentes rerum imagines continuo impetu feruntur, quae nonnunquam mora stili refrigescunt et dilatae non revertuntur. Vtique vero quum infelix illa verborum cavillatio accessit et cursus ad singula vestigia restitit, non potest ferri contorta vis, sed ut optime vocum singularum cedat electio, non continua sed composita est.

C) Quare capiendae sunt illae de quibus dixi rerum 15 imagines, quas vocari *φαντασίας* indicavimus, *personae, quæstiones, spes, metus*, habenda in oculis, in affectus recipienda. Pectus est enim, quod disertos facit, et vis mentis. Ideoque imperitis quoque, si modo sunt aliquo affectu concitati, verba non desunt. Tum intenden- 16

divinitus hominibus concessa praedicatur. Mihi aliquid in mentem venit, quod reticere nolo, semel coniciendi copia facta, num locus ita olim habuerit: *Deum tamen* (ita in Tur. pro *tunc*.) *affuisse interim cui id evenisset, veteres oratores, velut Cicero, aiebant.* Persaepe enim a glossatoribus additum est: *aiebat, ait* et similia. Cfr. Oudend. ad Suet. Aug. 25, 3. Duker. ad Liv. 25, 22. Pariter *cum et qui* passim inter se permixta. Cfr. Drakenb. ad Liv. 21, 40, 7. — *restitit.* Obrecht. solus: *resistit.* Vtra lectio potior sit, non multa indiget disquisitione; nam praeter aliam rationem quae est totius enunciationis, vel praegressum *accessit* eam debuit exercere attractionis vim in verbo sequenti. — *ferri.* Codd. Tur. Flor. (in quo tamen a sec. m. adnotatur, tanquam varians lectio: *ferri*) et Guelf. dant: *fieri.* Similis confusionis exempla deprehendes a Drakenb. enumerata ad Liv. 5, 54, 6.

§. 15. *indicavimus.* Camp. c. Bodl. Andr. exhibet: *diximus.* — *in affectus.* Guelf. *affectibus.* Cfr. ad §. 2. — *si modo sunt.* In Tur. Flor. acc. nunc Paris. I. *sint.* Probaverunt Frotsch. et Gernh. Nos potius habuimus vulgatam scripturam retinere, quia Praedicati notio circumscribitur non fortuiti et quod esse possit, sed quod esse debeat ideoque necessarii: pone pro *si* alteram illam particulam propinquam: *dum*, ac statim videbis Indicativum suum merito obtinere locum. Neque diversa est conditio illius dicti satis noti: *si quid in te artis est.* Vellej. II, 14. Curt. III, 5.

§. 16. *Tum.* In Guelf. cum Iens. Tarv. *tamen.* Simile quid supra §. 14. in Tur. et passim in Codd. Cfr. Drakenb. ad Liv. 22, 17, 5. et Goerenz ad Fin. III, 15. p. 376. Mox *tamen* et *tantum* confusa in Goth. uti innumeris aliis locis. — *ad dicendum.* Ita ex Campan. locum restituit Spald. acc. Goth. Voss. 2. Colbert. et Paris. I. 2. et saltem ex parte Ambr. 2. In Tur. et Flor. a pr. m. *addiscendum*; unde nescio quis effinxit: *addit ad dicendum.* Atque haec sunt vulgata. — *habet.* Hanc scripturam praestant boni Codd. et editt. vetust. ante Gryph., sed Tur. et Flor.

17 dus animus, non in aliquam rem unam, sed in plures simul continuas: ut, si per aliquam rectam viam mittamus oculos, simul omnia quae sunt in ea circaque intuemur, non ultimum tantum videmus, sed usque ad ultimum. Ad dicendum etiam pudor stimulos habet et dicendorum exspectata laus: mirumque videri potest, quod quum stilus secreto gaudeat atque omnes arbitros reformidet, extemporalis actio auditorum frequentia, ut miles concentu

a pr. m. verba inde a *habet* — *laus* omittunt, acc. nunc Ambr. 2. Vulgo veluti ab Obr. Gesn. in excusis exhibetur: *addit*; valde incertae originis: recte enim quaeritur, cur non amplexi sint apertam illam ac manifestam scripturam: *habet*? etiamsi praecesserit: *addit ad*. Quo facto duo veluti membra s. $\alpha\omega\lambda\iota\alpha$ evadunt non spernenda, et quae vere antea erat *Anaphorae* species, eadem manet sed paullo mutata et nescio an cum quadam elegantia. Ceterum *addidit* et *addixit* inter se confusa tibi monstrabit Oudend. ad Sueton. Aug. 32, 4. — *concentu*. Ita legendum esse puto cum Flor. Camp. acc. editt. nonn. vett. Ald. Basil. Gryph. pro vulgato: *congestu*, quamquam procul absum, ut hoc vocabulo aciem confusam et inordinatam describi putem: id quod censuit Zumpt. ad h. l. Potuit enim talis plurium manipulorum in unum locum congregatio cum ordine fieri atque consulto; cuius rei exemplum prostat Tacit. Annal. I, 18. neque video, cur non animus paucorum ad aspectu multitudinis recte atque ex vero dici possit animo confirmari? In uno recte haeremus, quod Quinctil. usurpavit verbum *excitari*, cuius singularis ac propria potestas ea est, ut acriorem animi commotionem denotet, exortam vel effectam a sensu quum universo, tum aurium maxime vehementius tacto. Ita exempli causa legimus XI, 2, 33. *animus excitandus est voce*. Liv. 9, 24. *clamore excit.* et Horat. Epod. II, s. *excitatur* classico miles truci. Vel quum ad sensus etiam pertineant cupiditates, quales sunt honoris, laudis, denique affectus animi, velut timor, metus, spes et exspectatio, videbimus *excitari* tunc imprimis adhiberi, ubi huiusmodi animorum affectiones designantur. At quae in *congestu signorum* causa excitationis est, ea est remotior et paullo obscurior; contra quae ex *concentu signorum* petitur, ea est omnibus manifesta, et altera illa notior et usu militari, in quo totius rei cardo vertitur, frequentior. Praeterea satis constat, imaginibus, quibus orationis aliqua pars illuminetur, usurpandis *tertium comparationis* non necessario ad singulas enunciationis particulas referendum esse; satis est notionis primariae attigisse similitudinem, cfr. infra §. 26. atque ea h. l. cernitur in *frequentia*, neque etiam *friget* comparatio *laudationis* quae oratori contingit a multis cum signorum concentu: nonne enim et illam recte dicas consonam? Itaque non audiendus est Badius, cui aliena ab hoc loco videbatur commemoratio eorum, quae auditum feriant, non oculos.

§. 17. *expellit*. Non ita securos nos esse patitur scriptura Turic. *explevit*, Flor. *explebit* et praeterea quod est in margine

INST.
nem exprin
impetus au
spectant, ut
beat in se v
dis opinionis
nio, ut id s
sed sicut in
temporalem
mam: quae
Ceterum pe
Gryphii (154
foret: exprin
dictis exnegu
et plena sent
iuniores qui
exprimere vo
20, p. 764.
auctoritate o
adsentiri vid
premium; e
rectissime fac
diemus bonu
abhorruerun
loco et perq
patere atque
ad animum n
tum est, ut
ac luerum co
aliquid et ut
tur: Cic. Leg
Alia exempla
pretia poena
45, 2. Cice
lit. Sallust.
nem impelle
minorum g
Quae perma
1, 10.
§. 18.
ex Codd. T
eum secuti
aliquid daci
proposita, q
quasi in pr
In editt. om
Tur. et Flor
patiar. Int
Suet. Vitell.
§. 19.
effluat: ut

nem exprimit et expellit dicendi necessitas, et secundos
 impetus auget placendi cupido. Adeo pretium omnia
 spectant, ut eloquentia quoque quamquam plurimum ha-
 beat in se voluptatis, maxime tamen praesenti fructu lau-
 dis opinionisque ducatur. Nec quisquam tantum fidat inge- 18
 nio, ut id sibi speret incipienti statim posse contingere;
 sed sicut in cogitatione praecipimus, ita facilitatem ex-
 temporalem a parvis initiis paulatim perducemus ad sum-
 mam: quae neque perfici neque contineri nisi usu potest.
 Ceterum pervenire eo debet, ut cogitatio non utique me- 19

Gryphii (1544) et in 3 editt. vett. *expolit*. Certe non absurdum
 foret: *exprimet et explebit*, i. e. ut verbis Sallustii utar, *cogitata
 dictis exaequabit*. Simili sensu Quinctil. IX, 4, 116. dicit: *ures
 et plena sentiunt et parum expleta desiderant*. Deinde observent
 iuniores qui sit verbi *exprimere* elegans usus: ita passim legitur:
exprimere vocem, clamorem, ciulatus. Cfr. Interpret. ad Vellej. II,
 20, p. 764. edit. Ruhnk. — *pretium*. Hanc scripturam Frotsch. ex
 auctoritate optimorum et longe plurimorum Codd. quibus nunc
 adsentiri videmus Paris. 1. 2. 6. Ambr. 2. revocavit pro vulgata:
praemium; ea enim debebatur Regio corrigenti. Quod quamquam
 rectissime factum esse Spalding. ad h. l. affirmat, tamen cur repu-
 diemus bonum honeste oblatum, et a quo probissimae manus non
 abhorruerunt, non video, praesertim quum *pretium* proprie hoc
 loco et perquam apte dictum sit. Cogita enim *praemium* latius
 patere atque omnino honorem spectare aliquem insignem ideoque
 ad animum maxime pertinere humanum, cui a natura hoc indi-
 tum est, ut laudis studio trahatur, teneatur; *pretium mercedem
 ac lucrum* continere, unde ad opes nostras et facultates fructus
 aliquid et utilitatis redundet. Quare saepe utraque notio copula-
 tur: Cic. Legg. I, 18, 48. iustitia nihil expetit *praemii*, nihil *pretii*.
 Alia exempla innumera exstant. Cfr. Drakenb. ad Liv. 26, 40, 15.
pretia poenasque exsolvere. Graev. ad Iustin. 9, 2, 6. Vellej. 2,
 45, 2. Cicero conservatae patriae *pretium* calamitatem exilii tul-
 lit. Sallust. Cat. 49. in: neque precibus, neque *pretio* — Cicero-
 nem impellere quiverunt. — *spectant*. In Camp. et paucis Codd.
 minorum gentium, item in editt. ante Basil. datur: *expectant*.
 Quae permutatio satis frequens. Cfr. Interpret. ad Iustin. XIII,
 1, 10.

§. 18. *praecipimus*. Discedere placuit a cl. Spalding. qui
 ex Codd. Tur. Flor. al. et editt. vett. revocaverat *praecipimus*:
 eum secuti sunt Frotsch. Gernh. Nostrum vulgatum est, et inde
 aliquid ducit commendationis quod exempla hoc loco denotantur
proposita, quae imitemur: *actio* igitur describitur *perfecta*, cuius
 quasi in praesenti facta est collocatio. — *quoque extemporalem*.
 In editt. omnibus praeter Camp. praepositum reperis *quoque*. Codd.
 Tur. et Flor. nihil praestant: ego vero vocabulum exulare aegre
 patiar. Interdum enim librariis praetermissum: cfr. Oudend. ad
 Suet. Vitell. 7. extr. Sed alia praeterea suppetit ratio, cur defendam.

§. 19. *tutior*. In Tur. erat: *utior*; inde correctoris manus
 effinxit: *utilior*, quod est in Flor. edit. Basil. et Gryphii priore

lior sit ea, sed tutior; quum hanc facilitatem non prosa modo multi sint consecuti, sed etiam carmine, ut Antipater Sidonius et Licinius Archias. Credendum ergo Ciceroni est; non quia nostris quoque temporibus non et fecerint quidam hoc et faciant: tamen quod ipsum non tam probabile puto (neque enim habet aut usum res aut necessitatem) quam exhortandis in hanc spem, qui foro
20 praeparantur, utile exemplum. Neque vero tanta esse

(1536.) — *facilitatem*. Hanc scripturam nuper tutatus est Frotischer. ab immutatione, quam Spalding. repugnantibus optimis Codd. cum aliis nonn. priorum auctoritate sua comprobaverat: scil. praestare nostro aiebant; *felicitem*: quae duae voces saepe inter se confusae. Cfr. Interpret. ad Tacit. Agric. 3. in. et Spald. ad Institt. II, 4, 17. Eandem sortem subierunt voces *felix* et *facilis*. Cfr. Duker. ad Flor. II, 6, 38. et Ruhnk. ad Vellej. II, 53. extr. Profecto enim *felicitas* h. l. adfectatae orationis speciem praefert. — *non prosa*. Vulgo inserebatur *in*; idem praemittebatur voci *carmine*: vulgatam rationem nuper amplexus est Gernh. monens praepositionem *in* necessariam esse, ne quis de *Ablativo instrumentali* vulgo appellato cogitet. Laudat locum ex Cic. Orat. III, 50, 194. ubi est: *in oratione consequamur*. Sed uti Codicum quae sunt luculenta testimonia non satis valere ad unam alteramve lectionem confirmandam lubenter fateor, potuit enim in utroque loco illud *in* a litera antecedente intercipi, quo nihil crebrius in Membranis. cfr. idem ille Ruhnk. ad Vellej. II, 25. ita non idem esse moneo *in oratione* aliquid consequi et *oratione*. Teneant modo tirones nostro loco voces *prosa* et *carmine* sensu quem dicunt *absoluto* s. *abstracto* usurpatas esse, ideoque optime habere *ablativum* sive instrumentalem sive *modalem* dixeris. Cfr. de *in* particula vel reiicienda vel retinenda Oudend. ad Suet. Caes. 56. extr. — *ergo*. Ita Tur. Flor. Vulgo exhibetur: *enim*. Illud non intelligo cur non pari iure locum occupet vel iam recipiat quem adhuc obtinuit vulgatum; statim enim apparebit restituendae vocis paene necessitas. — *spem*. Camp. dat ex nota Codd. Tur. et Flor. *speciem*; quae vox debetur commutationi et facili et admodum frequenti. Cfr. Drakenb. ad Liv. 3. 9, 13. qui immensum paene exemplorum recensuit numerum. Praeterea vid. Cort. ad Sall. Iug. 16, 5. Oudendorp. ad Caes. B. C. III, 98. Interpret. ad Cic. ad Div. VI, 19. — *tamen quod ipsum non tam* etc. Ita refingere placuit locum, ut concinnior evadat oratio, in nimis multos articulos discissa, certe laxiore vinculo alligata. Animum nobis adduxit, quod etiam in sequentibus varie turbatur orationis processus, codicibus Tur. et Flor. aliud alio transponentibus. Itaque ponamus sententiarum nexum hunc esse: Fides habenda est Ciceroni atque ab eo exempla ducenda; *non quia* — *sed* (pro quo posuit: *tamen*;) quod i. e. *quoniam* etc. Rebus et verbis ita constitutis omni culpa solutum habes Quinctilianum, quum a plerisque Anacoluthi admissi h. l. arguatur. Vide Gernhard. ad h. l.

§. 20. Neque vero tanta unquam esse debet fiducia facilitatis etc. Habes locum mire negligentia librariorum vel inscitia de-

INSTITVT

nequam debet fidu
pas, quod nusquam
discipienda suman
datur semper. Ne
quam non didicerit
vessa dicit ambitio
cere velint: quin e

paratum, certe a n
nam integritatem ac
quidem Tur. et Flor
lest nisi fragment
Godd. et qui huic p
praeter hos Voss. I.
in tanta fiducia, atq
beriam praebent
fitem in rebus dabi
essent: tanta cuiqua
norm testium spou
esse putari, quamqu
a manu auctoris scr
reptans, illud sit q
vel si maris, quamq
non repugnantibus,
statim sequenti ut:
alio vulgatum era
occupatum teneat, p
tum vitior testimon
Vulg. vixit. Nost
sunt, ne tironum
Desunt haec in Tur
stimum ordinem sui
suppam fere deeri
haec transpositione
gata deserere Gern
manus et datur; e
rum, necessario ve
dem. Neque tamen
equivalem paullo ali
tempus solum refe
tempus nisi sumere
motio non inusitati
antecedentium coll
sio te adducet. C
sorum cum divinar
Infra §. 22. et §.
tamen recedere se
§. 21. iudicio
pro vulg. videntur.
debetur enim pe
Guerrez ad Fin.
plura videri dederat

unquam debet fiducia facilitatis, ut non breve saltem tem-
 pus, quod nusquam fere deerit, ad ea quae dicturi simus
 dispicienda sumamus: quod quidem in iudiciis ac foro
 datur semper. Neque enim quisquam est, qui causam,
 quam non didicerit, agat. Declamatores quosdam per- 21
 versa ducit ambitio, ut exposita controversia protinus di-
 cere velint: quin etiam, quod est imprimis frivolum ac

pravatum, certe a naturali ordine deturbatum: quem ad pristi-
 nam integritatem ac facilitatem restituere tentavimus. A Codd.
 quidem Tur. et Flor. prorsus destituimur; nihil enim h. l. prae-
 bent nisi fragmenta eaque densa caligine obvoluta. Reliqui
 Guelf. et qui huic plerumque adfines Ambr. 2. et Paris. 1. et
 praeter hos Voss. 1. 3. Goth. et editt. vett. omnes consentiunt
 in *tanta fiducia*, atque eiusdem scripturae speciem quamquam
 leviolem praebent Tur. Flor. in quibus: *tantus*. Campan. cui
 fidem in rebus dubiis habuisse neminem facile poenituit, haec
 exserit: *tanta cuiquam esse debet*. At longe plurimi antiquissi-
 morum testium spondent pro *unquam*; itaque iis obediendum
 esse putavi, quamquam non procul esse videbar a vero, dum a
 a manu auctoris scriptum fuisse statuebam: *sit pro esse debet*,
 reputans, illud *sit* quam facile obrui potuerit a sequenti *fiducia*,
 vel si mavis, quamquam verborum numero et gravitate aliquan-
 tum repugnantibus, cogites illud *sit* positum fuisse post *facilitatis*
 statim sequenti *ut*: nam quod a Regio insertum est, quodque
 adhuc vulgatum erat: *velim*, quo iuris titulo locum ordinemque
 occupatum teneat, plane ignoratur; quemadmodum paucis tan-
 tum nititur testimoniis Accusativus: *tantam fiduciam*. — *simus*.
 Vulg. *sumus*. Nostrum a Spald. receptum ex Tur. Flor. quam
 recte, ne tironum quidem quemquam fugiet. — *quod quidem*.
 Desunt haec in Tur. Flor. c. Alm. Inde Spald. coniciebat, pri-
 stinum ordinem fuisse hunc: *saltem tempus — sumamus: quod*
nusquam fere deerit, in iudiciis — datur semper. Comprobarunt
 hanc transpositionem adsensu suo Wolff. et Frotsch., noluit vul-
 gata deserere Gernhard. ita argumentatus: sibi h. l. opponi *su-*
namus et datur; et quum *tempus* sumere requireret Accusati-
 vum, necessario verbo *datur* debuisse praeponi illud: *quod qui-*
dem. Neque tamen prorsus reiecit coniecturam Spald. At ego
 equidem paullo aliter sentio: scilicet verba *quod quidem* non ad
tempus solum referas quaeso, sed ad totam enunciationem:
tempus sibi sumere ad dispicienda etc. At hoc ita dictum non
 modo non inusitatum similes loci te docebunt, sed ipsa verborum
 antecedentium collocatio et ratio ad hanc sententiam necessa-
 rio te adducet. Cfr. Institutt. I, 10, 11. *quod si datur* scil. mu-
 sica cum divinarum etiam rerum cognitione esse coniunctam.
 Infra §. 22. et §. 29. *si id non dabitur*. XI, 3, 127. interim
 tamen recedere sensim *datur*.

§. 21. *iudicantur*. Est ex Flor. et Basil. revocatum a Spald.
 pro vulg. *videntur*. Verba quam saepe librariis permutata: scri-
 bebatur enim per compendium: *iudatur i. e. iudicatur*. Cfr.
 Goerenz ad Fin. IV, 18, 26. Modo idem ille Flor. pro sim-
 plici *ridet* dederat: *irridet* a sec. m. praeposito *in se*.

scenicum, verbum petant, quo incipiant. Sed tam contumeliosos in se ridet invicem eloquentia: et qui stultis
 22 videri eruditi volunt, stulti eruditis iudicantur. Si qua
 tamen fortuna tam subitam fecerit agendi necessitatem,
 mobiliore quodam opus erit ingenio et vis omnis inten-
 denda rebus et in praesentia remittendum aliquid ex
 cura verborum, si consequi utrumque non dabitur. Tum
 et tardior pronuntiatio moras habet et suspensa ac velut
 dubitans oratio: ut tamen deliberare, non haesitare vi-
 23 deamur. Hoc, dum egredimur e portu, si nos nondum

§. 22. *mobiliore. Flor. meliore.* Sed Qu. Institutt. VI, 4, 8. iisdem nominibus insignivit ingenium, opus esse dicens ingenio *veloci ac mobili, animo praesenti et acri.* — et in praes. Pro et in Tur. et Flor. datur: *ne.* Puto per hos veluti gradus in illum errorem descendisse librarios: nimirum saepe confundebatur et cum particula *ut.* Cfr. Drakenb. ad Liv. 21, 28, 8. et Ruhnk. ad Vellej. II, 15, 1. atque *ut* passim transmutatum in *ne.* Vide eund. ad Liv. 33, 12, 6. et Cort. ad Plin. Epp. 3, 9, 8. — *si consequi.* Debemus hoc perspicaci ingenio Spaldingii, consideranti quid delitescat in Flor. *si non sequi.* Nonnulli libri editt. vett. nihil exhibent nisi *si,* ducente gregem cod. Guelf. cum quo consentiunt Paris. 1. 6. Ambr. 2. Reliqui et longe plurimi habent: *si sequi.* Obr. Gesn. Verum id mihi persuasum est, dicendum fuisse scriptori nostro aut *consequi* aut *exsequi* aut *persequi*, verbum simplex quae hic agendae erant partes non explere.

§. 23. *ventus.* In Tur. Flor. *ventis.* Sponte se obtulit menti hoc et similia librorum manu descriptorum menda exploranti, unde potissimum exorta sint, coniciendi opportunitas: nonne fieri potuerit, ut quae posteriorum saeculorum hominibus imprimis nationis Francogallicae aliquanto diversa esset *literarum vocalium pronuntiatio*, detrimentum aliquod intulerit rectae scribendi rationi, atque idcirco non intemeratae fidei habendos esse codices illos antiquos, quos tanquam obsoletae cuiusdam scriptionis denuo recipiendae gravissimos praesides atque tutores suspicere consuevimus: in quo quid sibi vel dederit vel quantum sibi sumserit ingeniosissimus *Beierus*, non est quod moneam. Contra quam caute circumspiciendum, quam diligenter de patria unius cuiusque codicis inquirendum sit, ante quam rectae scripturae leges promulgentur: de eo praeclariorum multi disputando, quam agendo meruerunt. — *potius.* Optimorum illa codd. trias, acc. Par. 1. 6. Ambr. 2. et 3. Voss. persistit in *protinus*: quod quominus per transpositionem huc delatum censeam, nihil impedit: legas enim mecum, si placet, velim: *id potius, quam protinus se inani etc.* Neque hac voce inserta debilitatam senties orationis vim, sed corroboratam. — *quo volent.* In Tur. Flor. Guelf. acc. Par. 1. 2. Ambr. 2. item in Camp. et multis editt. vett. ante Bad. exhibetur *qui.* Verum observent iuniores, *qui*, ubi est ablativus, maxime describere rationem ac modum, quo quid factum esse vel fieri mente no-

aptatis satis armamentis aget ventus: deinde paulatim simul euntes aptabimus vela et disponemus rudentes et impleri sinus optabimus. Id potius quam se inani verborum torrenti dare, quasi tempestatibus quo volent auferendum.

III. Sed non minore studio *continetur* haec facultas 24

hiscum perpendimus, neque vero externam aliquam rationem, conspicuam et ante oculos positam, historicam dicere liceat et concretam, sed *universam* quandam et *absolutam*; velut Prooem. VI, 7. dissimulare *qui* possum?

§. 24. *percepta*. Ex Flor. a sec. m. Guelf. c. Goth. Voss. 2. et 3. editt. vett. affertur alia scriptura: *praecepta*. Accidit ex ritu fere sollemni librorum. Cfr. Drakenb. ad Liv. 7, 26, 12. et quos ibi laudavit. Adde Goerenz ad Fin. I, 9. p. 42. Similem sortem subierunt graecae praepositi. *πρὸς* et *πρὸ*. Sed haec trita sunt et omnibus nota; illud est sagacioris ut distinguatur, utra scripturarum ubique potior sit. At ego non facile reperi locum magis impeditum ac dum speciem praefert simplicitatis, tam variae ac multiplici obnoxium interpretationi quam nostrum. Vulgaris lectio, quam retinuit Spald. acc. Frotsch. et Gernh. habet: *ars — semel percepta non labitur*: quae unde prodierint quaque auctoritate firmata sint, nemo adhuc detexit. Etenim optimi codd. una voce efferunt: *capitur*; item vetustissimi libri editt. ante Bad. sec. Nisi quod in Basil. exaratum est: *rapitur*. Cuius permutationis de more suo plura congescit exempla Drakenb. ad Liv. 3, 70, 10. Deinde Obrecht. pro *non* edidit: *mora*. Ceterum quid sit illud *labi*, nemo non videt, et Spald. similibus aliquot locis illustravit: scil. sententiam esse hanc eamque per gradationem enunciata: artem firmissime durare, stilum non multum damni ab intermissione accipere; extemporalem facultatem in sola exercitatione sitam esse. Generus eiusdem sententiae auctor addit, si cui verbum *capitur* revocandum videatur, eum vocem ita interpretari posse, ut sit idem quod *laborat* vel adeo *usum alicuius rei amittit*, quemadmodum dicatur: *captus oculis, mente, membris*. Verum haec mihi legenti mira ac paene inaudita videbantur; sed longum est rationes exponere. Itaque alia via ingressus et antiquam scripturam tueri et ingenio scriptoris debita solvere tentavi. Ipsa quidem sententia, quam paucis demonstrare voluit auctor, plana est ac perspicua, scil. ea, aequae magna cura ac diligentia opus esse ad extemporalem illam facultatem acquirendam atque ad illam continendam. Atqui eam parari scimus *arte* h. e. institutione et doctrina rhetorica, excoli et corroborari *usu* i. e. scribendo. Sed non sufficit officio extemporali *semel disciplinam percepisse*; repetendum est eius studium atque multum in ea elaborandum; *stilus* quoque i. e. scribendi exercitatio, non intermittendus; brevis enim interruptio magnum detrimentum affert. Cfr. §. 8. Igitur utrumque identidem agitandum. Vnde elucet, nostram rationem eo pertinere, ut *similitudo quaedam ostendatur, non diversitas*, quam animadvertere liceat inter *artem et stilum* et *extemporalem facultatem*: in omnes cadere illud: *repetitio est mater studiorum*: sed in hanc praeter ceteras plurimum. *Praeci-*

quam paratur. Ars enim semel percepta non labitur: stilus quoque intermissione paululum admodum de celeritate deperdit: promptum hoc et in expedito positum exercitatione sola continetur. Hac uti sic optimum est, ut quotidie dicamus audientibus pluribus, maxime de quorum simus iudicio atque opinione solliciti: rarum est enim, ut satis se quisque vereatur. Vel soli tamen dicamus po-

pere autem verbum Quinctiliano usitatissimum de facultate docendi literasque vel artes tradendi; veluti I, 1, 8. memorantur *praecipendi periti*. Quae loci interpretatio si cui placet, legat: *Ars enim semel* (tantum) *praecepta non capitur*, i. e. intelligitur: eo enim sensu passim verbum usurpavit Quinctil. I, 1, 15. et XI, 1, 45. ubi est: vel *intelligere* vel *capere non posse*. Quod est deinde *paululum admodum* velim ita explices: *paululum intermissus, admodum deperdit*, veluti ad speciem dictionum satis frequentium: *obriam ilio, huc ventio etc.* vel ponas: *paulum* quod est in Guelf. et multis aliis ortum esse ex *parva*, quum non adeo rara sit commutatio vocabulorum *parvum* et *parum*. Sed haec ita a nobis prolata sunt, ut magis periculum fecisse videamur rei expediundae, quam prospere eam peregisse. In uno mea certe ratio constat, verbum *labitur* aliquid efferre alieni et inepti; nam *ars* per se spectata, scilicet consummata et perfecta, non *labi* dici potest, ne ex parte quidem; sed quatenus *mente humana percipitur*, errori exposita est et in oblivionem incidit; ergo *labi* potest. Quodsi itaque perseveramus in vulgatis, eiciendum certe erit *labitur* et substituendum *rapitur*, praesertim quum non omni priorum saeculorum auctoritate orbatum appareat. — *deperdit*, al. *perdit*. Goth. et Ienson. cum posterr. ante Gryph. — *simus*. Dant Paris. I. 2. *sumus*. De reliquis Codd. nihil compertum habeo. — *atque opinione*. Vulgo scribebatur: *ac*. Nostrum primus restituit Spald. ex Camp. et Aldin. Sed de quo inter omnes nunc convenit, id denuo repetere nolumus. Cfr. Frotischer. ad h. l. et supra notata ad III, 9. — *est enim*. Deest particula in Codd. Tur. Flor. Intercidere potuit propter vicinitatem; nam scribebatur passim a librariis hoc compendio: *ei*; unde saepe fictum est *et*. Cfr. Drakenb. ad Liv. 34, 50, 7 — *quisque*. Scriptura optimor. Codd. At Regius suasor exstitit praeferendum esse: *quisquam*. Eum secuti sunt post Gryphium omnes fere editores. Obr. Gesn. Sed eorum partes sequi noluit Spalding. rationibus ductus luce clario-ribus: maxime, *quod locus est quasi communis*, et qui ad omnes spectet, qualis ille Cornel. Attic. II, 6. *sui cuique mores fingunt fortunam*. Haesit Regius in voce *rarum*, quasi esset negantis: at non *sententiam* negat, sed *usum*; illa manet et rationis legibus nititur; hic saepe desideratur. — *non omnino*. Ita priores omnes exhibebant. Primus Spald. suadente antea Gesnero verba transposuit, et exarari iussit: *omnino non*. Cedamus maiori, sed in usum tironum adnotare liceat, proba, non subdola arte defendi posse illud: *non omnino*, quod retinuimus vel propter solam oppositorum gravitatem magis ita elucescentem.

INS
tius quam
cogitandi
dicat intra
pore et loc
et est in
enim com
mittere
vociis firm
et ipse,
pedis sup
tatur. S
§. 25.
Goth. Vos
misso eat.
Turic. ex
etum sen
Frotsch. i
Zumpt. pr
ordium u
bis: et e
adeo lam
ut cogita
praepara
interposi
dennet.
Ruhnk. a
Omittunt
Ambr. 2.
mitem no
13. non
huiusmod
laba ead
in. — et
tum est e
taedium
ostendon
Frotsch.
fuit: et f
§. 26.
optimi Co
G. et Au
lectio haec
sim inter
7, 3. cfr.
tem etc.
sterr. ant
Vnde diri
sed non a
§. 27
supra ad §

tius quam non omnino dicamus. Est et illa exercitatio 25
 cogitandi totasque materias vel silentio (dum tamen quasi
 dicat intra se ipsum) persequendi, quae nullo non et tem-
 pore et loco, quando non aliud agimus, explicari potest:
 et est in parte utilior quam haec proxima. Diligentius 26
 enim componitur quam illa, in qua contextum dicendi in-
 termittere veremur. Rursus in alia plus prior confert,
 vocis firmitatem, oris facilitatem, motum corporis, qui
 et ipse, ut dixi, excitat oratorem et iactatione manus,
 pedis suppositione, sicut cauda leones facere dicuntur, hor-
 tatur. Studendum vero semper et ubique. Neque enim 27

§. 25. *Est et illa.* Plurimi Codd. Flor. Guelf. Paris. 1. 2. 6.
 Goth. Voss. 2. et editt. ante Stoer. acc. Obr. suadent *alia*, praec-
 misso *est*, in Flor. et. Sed vulgata erat: *est illa*, quam etiam
 Turic. exhibet. Spalding. vero peracute quid verum quidve re-
 ctum sentiens inserendum esse censebat *et*: ei obtemperavit
 Frotsch. idem antea iam probaverat Wolff. Contra nunc statuit
 Zumpt. praestare *est alia*. Liceat rursus monere tale periodi ex-
 ordium neque membro enunciationis extremo, quod incipit a ver-
 bis: *et est in parte* etc. tam apte convenire, quam nostrum, et
 adeo languere, quum consilium scriptoris non in eo positum sit,
 ut *cogitandi* exercitationem aliam addat, sed ex tempore dicendi
 praeparationem. Certe nonnisi aegre aliquis egebit particula *et*
 interposita, etiamsi alteram illam scripturam *alia* non plane con-
 demnet. De vocibus *illi* et *alii* centies inter se permutatis cfr.
 Ruhk. ad Vellej. 1. 4, 2. et infra ad §. 26. — *intra se ipsum*.
 Omittunt se Flor. Camp. et nonn. al. In Guelf. et Paris. 1. 6.
 Ambr. 2. datur: *contra ipsum*; acc. Voss. 1. 3. Iens. Tarv. Si-
 milem notavit confusionem Drakenb. ad Liv. 10, 5, 11, et 7, 40,
 13. monet simul nobilissimus ille variarum scripturarum exactor
 huiusmodi vitia inde exorta esse, quod librarii utebantur pro syl-
 laba *ca* nota \bar{c} , quae non multum differat ab altera illa: \bar{i} , h. e.
in. — *et temp. et loco*. In multis desunt copulae; in aliis muta-
 tum est *et in te* vel *in ex* vel *in est*: sed haec et minuta sunt et ad
 taedium usque in libris recurrunt. — *utilior*. Miram speciem
 ostendunt Tur. Flor. Guelf. c. Alm. et Bern. *utilitatis*. Suspiciatur
 Frotsch. excidisse *maioris* vel tale quid. An forte olim scriptum
 fuit: *et fert in parte utilitatis plus quam etc.*

§. 26. *in alia plus prior*. Hunc lectionis ordinem servant
 optimi Codd. praeter illos tres notissimos nunc etiam Paris. 1. 2.
 6. et Ambr. Alii dant: *prior plus*. Sed inde a Badio obtinuit
 lectio haecce: *illa prior plus*. Obr. Gesn. *alia* autem et *illa* pas-
 sim inter se commutata. Exempla contulit Drakenb. ad Liv. 23,
 7, 3. cfr. ad Cic. Senect. edit. Gernh. p. 252. §. 24. — *firmita-
 tem* etc. In paucis Codd. Goth. Voss. 2. Alm. et in Camp. c. po-
 sterr. ante Leid. exc. Basil. exhibetur: *firmitate* et sic porro.
 Vnde dirinabat Gesner. num olim fuerit: *firmituti* etc. Non male,
 sed non adest necessitas.

§. 27. *ullus d. occupatus*. In Tur. Flor. *ullis occupatis*. Cfr.
 supra ad §. 23. — *lucrativae*. Haec qualia sunt, praestant Codd.

fere tam est ullus dies occupatus, ut nihil lucrativae, ut Cicero Brutum facere tradit, operae ad scribendum aut legendum aut dicendum rapi aliquo momento temporis possit. Siquidem C. Carbo etiam in tabernaculo solebat
28 hac uti exercitatione dicendi. Ne id quidem tacendum,

Guelf. Paris. 2. 6. Ambr. 2. Camp. c. Goth. et posterr. ante Ald. aliique ante Rollin. In reliq. *lucris vel — operae* et ita Obr. Gesn. Cod. Tur. dat: *lucra vel ut — opera*. Flor. *lucretur vel ut opera*. Sed haec multa VV. DD. frustra adhuc e medio tollere conati sunt obstacula, in quibus gravissimum illud *lucrativae*, vocabulum cuius ne ullum quidem a scriptoribus illius aevi usum factum reperimus, orationis vero colorem Ciceronianae, quam tametsi non assecutus sit Quinctil. certe summa cum laude aemulatus est, foedissime contaminans. Minus molestum, quamquam dolendum illud est, quod qui potissimum locus Ciceronis denotetur, sine eventu quaesitum est. Laudant quidem Orat. c. 10. §. 34. sed nihil ibi commendatur nisi diligentia studiis doctrinae impendenda. Ego quondam suspicabar, num antiquitus scriptum fuerit: ut nihil *lucris velut factae*, ut Cic. etc. *operae*: in quo certe non deprecanda erit temeritas: nam et Latine et eleganter dicitur *lucris facere aliquid*. Cfr. praeter locum in vers. Germ. p. 200. laudatum Cic. Verr. III, 86. ubi: sciam *lucris quantum factum sit?* Deinde sententia hisce verbis expressa egregie congruit cum tota disputatione. — *aut legend.* Ita Tur. Flor. Vulgo inseritur: *ad*. Obr. Gesn. In Goth. et Camp est *vel ad leg. — momento*. Camp. dat: *modo*; haud dubie ad exemplum Flor. in quo mira species ostentatur: *moden.*

§. 28. *tacendum*. Sic Spald. ex Tur. Flor. Vulgo additur est. — *loquemur*. Sic Paris. 2. 6. atque paene omnes libri editt. exc. Camp. in quo est: *loquimur*, acc. Tur. Flor. Goth. Paris. I. Voss. 2. Vnus Voss. habet: *loqueremur*: quod ipsum nostram scripturam confirmat. — *sit — perfectum*. In Tur. Flor. indicia satis manifesta nobis persuadent fuisse: *sint — perfecta*. — *innatans*. Verbum accurate electum et primum comparens in edit. Stoer. sed incertae originis. Etenim in Codd. omnia turbantur. In Tur. est: *ina trans*. Flor. Camp. Paris. 2. c. Goth. Voss. 2. *intrans* quod plausum tulit multorum, velut Ald. Bad. Basil. et al. vet. In Guelf. *iura trans*; unde alii finxerunt: *una trans*. Voss. 1. 3. (et Ambr. 2. si fabula vera) Ceterum *una* et *ima* saepissime commixta esse docemur a Drakenb. ad Liv. 8, 6, 2. a Goerenz. ad Fin. II, 35. p. 293. Sed liceat in ius vocare illud *innatans*, et quaestionem instituere, num *rei* a scriptore exponendae conveniat. Spectemus singula. Primum *servabitur pondus*: quod sive in medio situm sit corpore, sive in *imo*, certe inter omnes constat non locum habere in superficie: itaque ablegandum erit ad *profundum*. Porro quae *innatant*, *leviora* sunt atque in *summo aequore* fluctuant: at summo oppositum est *imum*; illud dicas *altum*. Tum consideremus *rei imaginem*, qua usus est scriptor: *facilitas illa verborum*, quae simul levitas quaedam est extemporalis, ubi nullus additur scribendi usus, verendum est, ne ad *ima* i. e. intestina quasi descendat vel totum orationis corpus penetret et summa veluti rerum potiat, sic ut tota oratio gravitate sua et dignitate destitu-

INST
quod eidem
gligentem
sit pro sua
nunquam e
pore. Ita
rum facilit
vitis radice
cant, ut i
nescio an,
vicem pro
scribamus
si id non
tamen am

ta ac levit
tentum ve
tim corrur
reducenda
tur exemp
nem, qua
gribus a
transferen
plum habe
radices an
recidenda
Sed haec
nostri arbi
tis spero,
Tur. redit
repperu
Ambr. 2.
tivum no
§. 28
Flor. et t
Equidem
cum cur.
nem dedi
damus, n
aniti. I
est: proy
Bad. in t
inire.
vincere, q
Suadeba
quod qui
nihil eni
spero su
to sub il

quod eidem Ciceroni placet, nullum nostrum usquam negligentem esse sermonem: quidquid loquemur ubicunque, sit pro sua scilicet portione perfectum. Scribendum certe nunquam est magis quam quum multa dicemus ex tempore. Ita enim servabitur pondus et innatans illa verborum facilitas in altum reducetur: sicut rustici proximas vitis radices amputant, quae illam in summum solum ducant, ut inferiores penitus descendendo firmentur. Ac 29 nescio an, si utrumque cum cura et studio fecerimus, invicem prosit, ut scribendo dicamus diligentius, dicendo scribamus facilius. Scribendum ergo, quoties licebit; si id non dabitur, cogitandum: ab utroque exclusi debent tamen anniti, ut neque deprehensus orator neque litigator

ta ac levitatis tum rerum tum sententiarum specie induta in contemptum veniat et despectum, ipsumque ingenium oratoris paulatim corrumpat. Ista igitur facilitas in altum i. e. ad superficiem reducenda est, quo sua natura pertinet. — Iam vero quod sequitur exemplum a rusticis huc translatum, nihil illustrat nisi rationem, qua pondus optime servetur: identidem enim vidimus ex imaginibus allatis singulas tantummodo partes ad rem propositam transferendas esse, quibus illa luminis aliquid accipiat. Exemplum habes luculentum §. 26. sicut leones etc. Proximae enim radices amputantur; iis compares facilitatem verborum, quae etiam recidenda i. e. cohibenda est, quamquam id fiat ordine inverso. Sed haec scriptoris amatoribus proposita sunt, non severis iudicii nostri arbitris, quibus vix probabile redditum esse his ita disputatis spero, pristinam lectionem fuisse: *ima intrans*. — *reducetur*. In Tur. *reducemur*. Guelf. habet *reducatur*, quod deinde plures editt. receperunt a Ienson. ad Ald. — *ducant*. In Flor. Goth. Par. 5. 6. Ambr. 2. et Camp. est *ducunt*. Nostrum in Paris. 1. 2. Indicativum non prorsus damnem.

§. 29. *nescio an si* etc. Particulam *si* quam praestant Tur. Flor. et Camp. primus revocavit Frotsch. approb. Zumptio ad h. l. Equidem mallet, si Codd. testimonia adiuvarent: *nesc. an utr. si cum cur.* — *exclusi*. In Guelf. *exclusu*, quod Burmanno occasionem dedit optandi *exclusus*. Improbatur Spald., sed quidni concedamus, modo non obstat *debent*, pro quo magis placet: *debemus*. — *anniti*. Haec scriptura primum apparet in Basil. et nunc vulgata est: prope illa accedit ad lectionem Camp. Goth. Voss. 2. Ald. et Bad. in quibus *inniti*. Haec autem ad finis est Vall. ubi datur: *inire*. In Tur. Flor. Guelf. exhibetur: *inicare*, unde factum est *vincere*, quod habet Iens. c. posterr. ante Ald. Sed Alm. *micere*. Suadebat Badius: *id agere*; nuper Frotsch. coniecit: *ita dicere*: quod quin et rei et sententiae scriptoris congruat, valde dubito: nihil enim significari potuit nisi *conatus*, quoniam condiciones prospere successui necessarias deesse a scriptore ponitur. Itaque puto sub illo *inicare* optimor. Codd. latere: *evincere*.

30 *desinitus esse videatur.* Plerumque autem multa agentibus accidit, ut maxime necessaria et utique initia scribant, cetera quae domo afferunt, cogitatione complectantur, subitis ex tempore occurrant.

31 *Quod fecisse M. Tullium commentariis ipsius apparet.* Sed feruntur aliorum quoque et inventi forte, ut eos dicturus quisque composuerat, et in libros digesti; ut causarum quae sunt actae a Ser. Sulpicio: cuius tres orationes exstant; sed ii de quibus loquor commentarii ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memoriam posteritatis videantur esse compositi. Nam Ciceronis ad praesens modo tempus aptatos libertus Tiro contraxit: quos non ideo excuso, quia non probem, sed ut sint magis admirabiles. In hoc genere prorsus recipio hanc brevem annotationem libellosque, qui vel manu teneantur et ad quos 32 interim respicere fas sit. Illud quod Laenas praecipit,

§. 30. *afferunt.* Iens. Tarv. *afferant.* — *commentariis ipsius.* Guelf. dat: *suis*, item Goth. c. Voss. 2. Colb. Mendum exstitit ex confusis literarum ductibus. — *dicturus.* Tur. *dicturis.* cfr §. 27. 23. — *orationes.* Tur. *oratores.* Notamus quo apertius inde fiat tironibus librariorum ingenium. — *sed ii.* Sic Goth. Camp. Reliqui: *hi.* In Tur. Flor. *ii.* in iisdem paullo post pro *loquor* datur: *locis*, in quo genere attractionis, ita appellare libuit, saepe librariorum deprehendimus. — *videantur esse.* al. ordine inverso. Obr. Gesn. Nostrum constituit Spald. ex opt. Codd. et editt. ante Stoer. Bad. omisit *esse.*

§. 31. *Nam.* Guelf. c. Voss. 3. *iam* ex confusione identidem repetita. Cfr. Goerenz ad Acadd. 1, 10, 34. Drakenb. ad Liv. 5, 51, 6. ad Sil. Ital. 9, 242. Nostri loci nulla difficultas, maior est in aliis, ubi utraque particula adhiberi potuit ad transitionem significandam orationemque connectendam. Tunc ita inter utramque distinxit Heindorf. ad Cic. N. D. 1, §. 30. *iam* habere vim excitandi, qua lector attentus fiat ad id quod subiiciatur; *nam* obiter magis et defunctorie afferre id, ad quod transeat oratio. Vt aliquid de meo iudicio addam, dicas: *iam* ad animum et adfectum, *nam* ad mentem referri; illam particulam de genere *subiectivo* esse, hanc de *obiectivo*, quod caussas et exempla affert. — *ideo.* Tur. Flor. c. Alm. et Ald. habent: *in eo.* Facilis erat permutatio, quum scribae vocem illam consueverant per compendium notare: *io.* — *fas sit.* Flor. *faxit:* saepe litera *x* dissolvebatur in *ss* et ita pronuciando efferebatur: inde exortum illud quod passim pro *disserit* scriptum reperitur *dixerit.* Pariter in vet. editt. *nissu* pro *nixu.* Vid. Drakenb. ad Liv. 4, 32, 10. 6, 32, 10.

§. 32. *praecipit.* Tur. *praecepit.* cfr. ad §. 18. — *mihiquae* — *conferre.* Exarari iussimus locum ex coniectura, cuius rationem pluribus dedimus ad vers. Germ. p. 202. sq. Locus omnino,

INS
displect n
mentarior
negligenti

quamquam
quam vexa
l. 2. G. p
lis. Sed h
mili: idem
summas sic
haud imme
proponit: n
tarum et cu
qui locum
summas in
posita et c
coniecit:
quo non t
in us 9. s
iam explo
Flor. s. sim
1. G. In
quam agn
e litera
formam e
est in bot
scribere
Apparet a
lectarum
tiquos, at
oratio not
quasi sing
Digna er
Codd. ex
endi; ni
Primum
in dicent
membro
deatur a
debere, e
Spalding
ante Cap
nem abe
sententia
Imprimi
Si memo
effugiat,
non omi
excidere
turi. Re
gatum e
vers. p.
Vulg. hi
quoy. C

displicet mihi, quae scripserimus velut in summas commentariorum et capita conferre. Facit enim et discendi negligentiam haec ipsa fiducia, et lacerat ac deformat

quamquam veluti in clausula totius libri, non magis vexans quam vexatus. Nam primum Codd. tres illi optimi, (acc. Pariss. 1. 2. 6. paucis commutatis) et Ambr. 2. c. Camp. inserunt: *ne in his*. Sed haec non curo; efficta enim puto ab aliquo ex voce: *mih*: idem sentit Zumpt. ad h. 1. Deinde vulgo edebatur: *in summas sive commentarios et capita*; sed ea Badius induxit, quem haud immerito et licentiae et levitatis coarguit Spalding. qui haec proponit: *mih vel in iis quae scripserimus velut in summas commentarium et capita conferre*. Diversae sententiae videmus esse Frotsch. qui locum ita exhiberi vult: *nec in his quae scripserimus, velim, summas in commentarium et capita conferri*: atque verba ita composita et ordinata in contexta recepit Gernhard. Ac nuper Zumpt. coniecit: *velut summas et capita in commentarium conferre*; a quo non multum abest sententia Wolfii, legere suadentis: *vel in iis q. scr. summam in commentarium et capita conferre*. Sed iam exploremus Codd., ex quibus Tur. dat, *summas commentarium Flor. s. sine c. Guelf. s. in commentarium*. adsent. Ambr. 2. et Paris. 1. 6. In qua lectionum varietate optimum ratus sum sequi tanquam agminis ductorem Cod. Turic. illud *sive* natum esse putans e litera s extrema vocis *summas*. *Commentarium* credo Genitivi formam esse decurtatam, pro *commentariorum*; et quoniam quod est in bonis Codd. *vel*, in Flor. et Obr. *velut ante in summas* proscribere nefas habeo, lubenter amplector, quia aptius videtur. Apparet autem, in commentariis nonnisi rerum ac sententiarum lectarum vel auditarum summas notare solitos esse homines antiquos, atque eundem morem sequuntur recentiores; quo fit, ut oratio non sit continua et arcte cohaerens, sed dissoluta, abrupta, quasi singulis titulis et inscriptionibus composita. — *et discendi*. Digna erat forma *ediscendi* quae restitueretur ex indiciiis nonn. Codd. ex quibus Ambr. 2. manifesto dat; *ediscendi*; reliqui *ediscendi*; nisi duae res suspectum redderent verbum compositum; Primum *negligentia* non tam esse videtur in *ediscendo* quam omnino in *discendo*; deinde quod adhuc fere erat in omnibus editt. et alteri membro tam bene convenit, ut nonnisi aegre eius ferri posse videatur absentia. — *quod non simus*. Ita Tur. aperte docet legi debere, et Alm. per compendium; neque sola erat Regii coniectura. Spaldingius negationem abiecit, confusus Guelf. Camp. et editt. ante Capper. Sed recte et olim iudicavit cl. Gesnerus, negationem abesse non posse pluribus argumentis demonstrans, et nuper sententiam Spaldingianam impugnarunt Wolf. Frotsch. Zumpt. Imprimis locus libri XI, 2, 45. testis adest omnium validissimus; *Si memoria suffragatur, tempus non defuit, nulla me velim syllaba effugiat; alioqui etiam scribere sit supervacuum*. Ceterum et alias non omisum est a librariis, veluti supra III, 19. Facili errore excidere potuit propter scripturarum ambiguas notas. — *persecuturi*. Revocavit Spalding. ex Flor. Guelf. et vetustis editt. Vulgatum erat inde ab Obrecht. *prosecut*. — Sed cfr. adnotatt. ad vers. p. 203. — *id quoque*. Spald. ex Tur. Flor. Camp. c. Almel. Vulg. *hic quoque*. Obr. Gesn. Pauci codd. et nonn. antiq. editt. *hoc quoque*. Cfr. de hoc et id Interpret. ad Cornel. Timoth. 2, 3.

orationem. Ego autem nec scribendum quidem puto, quod non simus memoria persecuturi. Nam id quoque accidit, ut revocet nos cogitatio ad illa elaborata nec si-
 33 nat praesentem fortunam experiri. Sic anceps inter utrumque animus aestuat, quum et scripta perdidit et non quaerit nova. Sed de memoria destinatus est libro proximo locus nec huic parti subiungendus, quia sunt alia prius nobis dicenda.

§. 33. *perdidit. al. perdit. Iens. et posterr. ante Stoer. praeunt. Goth. et Voss. 2. — dicenda.* Plerique codd. et gravioris quidem ponderis addunt; *de his* (variant scripturae; *de is* Ambr. 2. ex *deis* Tur. *de is* Camp.) *quae sunt.* In Guelf. et Goth. simpliciter exhibentur verba; *de his.* Sed quid sibi velint haec ita apposita quum adhuc frustra quaesitum sit, saltem quae mihi in mentem incurrerit opinio, eam ut cum lectoribus communicare liceat veniam peto. Scilicet credo, librariorum aliquem verba supra commemorata adscripsisse, ut significaret librum esse imperfectum vel mancum. Desiderabat enim *alia ista prius dicenda*, quae huic libro vel ab auctore subiuncta esse, vel subiungi debuisse opinabatur. Itaque ut animam suam servaret, homo ceteroquin curiosus ac religiosus addidisse existimandus est verba: *de his quae desunt.*

Accius (L
 1, 97. v
 Chr. n C
 tium voc
 minis se
 ram esse
 Bahr Hi
 Aelius (Lu
 ninus))
 tor, gr
 philosop
 rone ado
 ditus 1,
 illustr. g
 Aechines
 aemulus
 mosthen
 Aechylus)
 natus a
 post Ch
 Afranius
 qualis,)
 Vixit a
 Alcaeus N
 ricus 1.
 Antimachi
 urbe, v
 ctus,)
 phonti
 fecerat
 Antipater
 Apolloni
 gonanti
 tites A
 drinus,
 thecae
 a. Chr.
 dicitur